

DISPUTATIO INAUGURALIS

De

JURAMENTO
CALVMNIAE GE-
NERALI,

Quam

PRÆSIDENTE SS. TRIADE,

Ex Decreto & Auctoritate Nobilissimi atq;
Amplissimi Jctorum in alma UNIVERSI-
TATE ALTDORFINA ORDINIS

Pro Summis in UTROQ; JURE obtinendis
honoribus, privilegiis atq; immunitatibus
DOCTORALIBUS

SOLENNITER examinandam proponit

GEORGIUS OBRECHTUS,
ARGENTORATENSIS.

Ad d. Junij

In Auditorio Welsariano

RECTORE Magnifico

DN. NICOLAO RITTERSHUSIO Jcto. &c.

DECANO Spectatissimo

DN. ÆGIDIO AGRICOLA, Jcto. &c.

ALTDORFI,


Typis BALTHASARIS SCHERFFI,
Universitatis Typographi.

ANNO CHRISTI

M. DC. XLII.

ij. 2. s. jur. civ.

8 5 2 84, 8





DISPUTATIONIS INAUGU-
RALIS JURIDICÆ
DE
JURAMENTO CALUMNIÆ
GENERALI,
BONO CUM DEO
POSITIO I.

Juramentum (a) calumniæ (b) generale (c) est juramentum judiciale, (d) ad litem ordinandam pertinens, (e) à litigantibus in primordio litis, super tota causa bonâ fide suscepta, & deinceps profequenda, præstandum. (f)

(a) Juramentum (quasi juratio mentis; per allusionem, ex-empl. pr. Inst. de testam. ordin.) à juro, jurare, quod à jure (non à vero, uti Cypræus c. 14. §. 25. n. 2. de sponsalib. putat) deducitur: vide de derivatione hujus vocis late atq; eleganter differentem Amplissimum & Consult.ß. Dn. Ioh. Otton. Taborem, Ictum eximium, in patria Univerfitate Codicis & Feudorum P.P. patronum & Præceptorem meum suspiciendum, in disputatione quadam ad Wesenb. paratitla, de iurejurando quæst. 3. Confer Coll. Iur. Argent. lib. 12. ff. tit. 2. th. 2. de jurejur. Unimium disp. 14. ad process. n. 1.

(b) Hoc vocabulum à calvo, calvis, vel calvor, calvitur, quod antiquitus frustrari, decipere significabat, l. si calvitur. 233. ff.

d. V. S. descendit ; & in genere omnem versutiam , moram , malitiosam interpretationē in alterius incommodum usurpatam denotat ; d. l. sic alvitur. l. 1. §. 1. ff. ad S. C. Turpill. Hoc in loco , missis aliis acceptionibus , (quas vide apud Obrechtum , patrum meum magnum , multa reverentia & pietate prosequendum in tractat. de juram. calumn. c. 1. n. 16. & 17.) calumniam definitio , quod sit malitiosa iudicii susceptio , dum quis dolo malo vel actionem injustam intentat , vel rectè intentatam oppugnat : l. 1. §. per calumniam. 2. ff. si mul. ventr. nom. in poss. cal. caus. ess. dic. l. 2. pr. C. de jurejur. propt. cal. dand. Schneid. in Comment. ad §. 1. Inst. de poen. tem. lit. Umm. disp. ad process. 12. n. 28.

(c) Dd. unanimiter dividunt juramentum calumniæ in speciale , quod in qualibet iudicii parte , usq; ad conclusionem causæ , imò interdum etiam postquam in causa conclusum est , ex mero iudicis officio præstari solet ; l. 1. ubi Bald. n. 8. C. de jurejur. prop. cal. dand. Rosbach. process. judic. tit. 50. n. 4. Speckhan. Q. 1. cent. 2. class. 4. q. 26. Ampliss. & Consultiss. Dn. D. Ludw. Patronus ac Preceptor meus honorandus in Synops. process. judic. mscr. c. 28. vers. speciale est & c. & generale , de quo compendiosè ac per relationem tantum , Benigno Numine adjuvante , nonnulla disquisitioni Inaugurali proponere ferebat animus.

(d) Judiciale dico ; quia in iudicio tantum locum habet , uti infr. ex possit. 3 & 4. facile apparebit. vid. Wesenb. in π. C. de jurejur. propt. cal. dand. n. 4.

(e) Vide post Treutl. 1. disp. 21. th. 1. & 2. Consultiss. Dn. D. Taborem in ante allegata disput. quest. 7. in med. ubi singulas jurisjurandi species , per distinctiones , quasi in tabella quadam quam commodissime representat disponitq;.

(f) c. 1. & penult. ext. de juram. calumn. Nov. 49. c. 3. Wesenb. in π. C. n. 4. h. t. Rosbach. d. tit. 50. n. 3. Vultejus 2. l. R. 31. n. 58. Umm. d. disp. 12. th. 7. n. 30.

I I.

Causa efficiens juramenti calumniæ generalis est vel remota vel propinqua. Remota est jus civile. (a) Propinqua sunt iudex ,
(b) qui

(b) qui hoc juramentum defert, & litigantes, tum exigentes, tum præstantes. Exigere illud possunt omnes, qui in judicio agere vel excipere non prohibentur. (c) Præstare tenentur quicumq; sine suo, (d) sine alieno (e) nomine judicium suscipiunt. Exempti sunt à præstatione illius nominatim reges & principes, (f) clerici, (g) parens, patronus, (h) dominus & vassallus. (i)

(a) In specie Imper. Justinianus, qui introductionem hujus juramenti sibi adscribit in l. 2. §. sic enim 8. vers. antiqua. C. h. t. §. 1. Inst. de poen. tem. lit. Nov. 49. c. ult. conf. §. sed neq; 6. in fin. de concept. Digest. Setser lib. 3. de jurament. c. 2. n. 1. & seqq. Umm. d. disp. 12. n. 29. Harpr. ad §. 1. Instit. de poen. tem. lit. n. 6. & seqq.

(b) Ad petitionem sc. adversæ partis; Petr. Gregor. Syntagm. jur. Uni. lib. 48. c. 7. n. 4. Camill. Borrell. 1. decis. tit. 51. n. 1. nisi enim expressè juramentum calumniæ à partibus fuerit exactum, ad præstationem illius nemo compellitur; puta jure Canon. c. 1. de juram. calumn. in 6. neq; etiam judex illud motu proprio defert, arg. l. de pupillo. 3. §. qui opus. 14. ff. de oper. nov. nun. l. jusjurandum. 34. §. qui jusjurandum. 4. ff. de jurejur. Wesenb. in w. C. d. t. n. 5. Cum non sit de substantia judicii, adeoq; tacitè à partibus, citra ullum nullitatis periculum omitti possit, per text. express. in d. c. 1. quod hodie in foro cum maximè frequentatur observaturq; ; Setser lib. 3. de juram. c. 1. n. 14. & seqq. Ampliff. Dn. D. Ludw. d. Synops. process. mscr. c. 28. vers. præcisè tamen & c. Secus est jure Civili; quo juramenti hujus præstatio omninò necessaria ac de Substantia judicii est, neq; à partibus sine expressè seu tacitè remitti potest, l. 2. §. sed quia veremur. 4. C. d. t. Wesenb. in w. C. eod. n. 5. vid. infr. posit. 7. lit. f.

(c) Vide patr. meum magn. d. tract. de juram. cal. c. 4. per totum, ubi, qui nam suo vel alieno nomine in judicio stare possint, latè persequitur.

(d) i. e. litigantes principales, actor vid. (qui semper prior de calumnia jurat) & reus; ubi nihil refert, quis agat vel excipiat; unus sit, an multi; puta universitas, collegium, municipium; nam & hæc de calumnia jurare debent; quod fit per syndicum, œconomum, majoremve, aut magis idoneam universitatis partem; *c. 4. c. ult. ext. de juram. cal. d. l. 2. §. hoc etiam. 5. in fin. C. b. t. arg. l. municipales. 14. & l. quod major. 19. ff. ad municip. l. municipibus. 97. ff. de condit. & demonstr. hæredes quoq; principalium hoc juramentum salvâ conscientiâ præstant, auth. principales ubi gl. in verb. migravit, & Sichard. n. 2. C. d. t. arg. l. qui bonâ fide 13. §. si quis 12. ff. de damno infect. Setser lib. 3. de juram. c. 3. n. 46. est enim credulitatis, d. l. 2. §. quod observari. 2. ibi; quod quisq; credit & c. C. d. t. Wesenb. in c. C. b. t. n. 6.*

(e) Ut sunt pater, in casu, quo filii familias causam agit, veluti ob peculium adventitium, cujus legitimus est administrator, *l. cum oportet. 6. §. non autem. 2. de bon. qualiber. Specul. de juram. calum. §. 3. in pr.* Filius familias, in iis casibus, quibus nomine patris contra extraneum experitur; *text. notabil. in l. si longius. 18. §. 1. ff. de judic.* Tutores & curatores; *d. l. 2. §. quod observari. 2. C. de jurejur. propt. cal. dand.* Procuratores, jure Canon. speciale ad id habentes mandatum, *c. 6. ext. de juram. calum. e. 2. §. Procuratores. eod. in 6. Gail. 1. obs. 83. n. 1 & 2. Sigism. Scaccia lib. 2. de judic. c. 1. q. 19. n. 173 & seqq. Umm. d. disp. 12. n. 33. & 38. optimâ ratione; cum procurator litis contestatione fiat dominus; l. neq; tutores. 11. C. de procurator. & plerunq; procuratores melius norint calumniari, quam ipsi principales, ut nisi coerceantur, causas etiam pessimas defendant; *Schneid. in Comment. Inst. de pœn. tem. litig. n. 6. Camill. Borell. 1. decis. tit. 51. n. 19. & seqq.* Etiam procurator ex officio datus; qui tamen non de meritis causæ; sed de processu tantum citra calumniam observando jurat; *Gail. 1. obs. 88. n. 4.* Reformirte Ordnung eines Ehrsamem Raths der Stadt Straßburg rubr. Von dem Endt für gefährde / §. 6. fol. 27. Excipitur nominatim procurator fisci, five fiscalis in Camera; cui juramentum calumniæ propter rationes à Gaillio 1. obs. 90. n. 4. & 5. allatas remittitur. De advocatis quæritur, num & illi juramentum Calumniæ generale præstent? quod negandum videtur, *arg. §. 1. vers. utriusq; etiam partis. Inst. de pœn. tem. litig. l. rem**

L. rem non novam. 14. §. 1. C. de judic. Patr. m. magn. d. tract. c. 6. n. 37. & seqq. Umm. d. disp. 12. n. 33. in fin. confer Wesenb. in w. C. d. t. n. 6. ibi; contra tamen usu receptum. maximè jure Camerali; part. 1. Ord. Cam. 1. 62. & 64.

(f) Ob summam majestatem atq; dignitatem, quâ pollent; quæ personæ inhærentes qualitates omnem calumniæ præsumptionem excludunt; *Schrader de feud. p. 10. sect. 3. n. 77. Mynsing. 1. obs. 74. in fin. Setser lib. 3. de juram. c. 3. n. 109.*

(g) Qui in viti in nulla causa jurare tenentur jure veteri, *l. cum clericis. 25. §. 1. in fin. C. de Episc. & cler. c. 1. ext. de juram. calum. hodiè tamen receptum est, ut non minus ab illis, quàm laicis juramentum calumniæ exigi possit; c. ceterum. 5. c. ult. ext. de juram. calum. Setser d. c. 3. n. 115. ita tamen, ut hoc per alios præstare illis concessum sit, arg. c. in pertractandis. 3. ext. eod. Dn. Rittersh. de differ. jur. Civ. & Can. lib. 5. c. 18. Umm. d. disp. 12. n. 34.*

(h) In causis, quas cum liberis ac libertis suis habent, *l. de die. 8. §. jubetur. 5. ff. qui satisd. cog. l. si patronus 16. ff. de jurejur. l. qui bona fide 13. §. sed si 14. ff. de dam. inf. l. licet. 7. §. nec deferentes. 3. ff. de obseq. par. l. jusjurandum. 34. §. qui jusjur. 4. ff. de jurejur. (ubi pro neq; patr. neq; parent. legendum est, æq; patr. & parent. quam lectionem præter Pandectas Noricas, confirmant Pandectæ quadam manuscriptæ, quas in bibliotheca quadam patria inspicere concedebatur) ratio est honor ac reverentia, quam liberi parentibus & liberti patronis debent, *Duaren. ad tit. de jurejur. c. 4. Bachov. ad Treutl. 1. d. 21. th. 4. lit. e. novissimè Carpzov. Jurispr. sue constit. 12. de fin. 24. E contra verò parentes & patroni à liberis suis libertisq; juramentum calumniæ rectè exigunt; Umm. d. disp. 12. n. 35. in fin.**

(i) *2. Feud. 33. §. in quibus etiam. 1. & ibi Dd. comm. idq; propter arctissimum, quo invicem obligati sunt vinculum, & summum honorem, quem utrinq; sibi mutuo debent; vid. Umm. d. disp. 12. n. 36. Ampliss. Dn. D. Ludw. d. Synops. process. mscr. c. 28. vers. 3. Dominus & Vasallus & c.*

I I I.

Materia seu objectum hujus juramenti sunt regulariter omnes causæ, de quibus in
judicio

judicio agitur & quæ indigent probatione.
(a) Excipiuntur causæ criminales, (b) notoriæ (c) & litigiosæ possessionis (d).

(a) *l. 1. & ibi Sichard. n. 1. l. 2. C. de jur. propt. cal. dand. Nov. 49. c. ult. Umm. d. disp. 12. n. 42. ubi nihil refert, causa sit magna, an exigua; ordinaria, an delegata vel compromissaria, d. l. 2. §. sed quia 4. arg. l. rem non novam. 14. pr. & §. 1. C. de judic. Setser lib. 3. de juram. c. 4. n. 12. & 23. Primæ an secundæ instantiæ; etiam tum, quando in prima instantia juramentum hoc præstitum est; per text. express. in c. 2. pr. de juram. cal. in 6. Sichard. in auth. hoc sacramentum n. 5. C. h. t. Wesenb. in π. C. d. t. n. 7. Speckhan Q. l. cent. 2. clas. 4. q. 28. Setser d. c. 4. n. 27. Profana, an spiritualis; quanquam enim in spiritualibus causis olim de calumnia non jurabatur, c. literas. 2. ext. de jur. cal. postea tamen correctum illud est, ita ut hodie æq; in spiritualibus, ac aliis causis jurare de calumnia necesse sit, c. 1. §. quamvis. de juram. calum. in 6. Rittersh. ad Novell. p. 9. c. 19. n. 9. Umm. d. disp. 12. n. 45.*

(b) Quia in his non de opinione seu credulitate, verum de veritate jurandum est; totum nimirum illud, quod in accusatione est positum, verum esse, *arg. l. singuli. 14. C. de accusat. & inscr. tum quod sufficiat inscriptio, l. ult. C. d. t. Rittersh. de differ. jur. civ. & can. lib. 5. c. 18. vid. Coll. Jur. Argent. lib. 3. ff. tit. ult. th. 24. in fin. Schultes obs. forens. 55. n. 28. Setser d. c. 4. n. 8. confer pr. Inst. de publ. judic. & l. ult. ibiq; Gothofr. C. de probation. hodie tamen postquam inscriptionis solennitas in usu esse desiit, juramentum calumniæ ab accusatore præstandum esse, pleriq; sentiunt, quos vide ap. Harpr. ad pr. Inst. de publ. jud. n. 13. confer Bachov. ad Treutl. 1. disp. 21. th. 4. lit. A. in fin.*

(c) Quia nulla indigent probatione; ipsa enim notorietas à calumnia eas excusat; *ut notat Gilman. lib. 2. rer. jud. decis. 11. n. 20.*

(d) Ubi celeris causæ expeditio nec libellum, neq; litis contestationem, nec juramentum calumniæ requirit vel patitur, *Gail. 1. obs. 6. n. 3. Coll. Arg. d. lib. 3. ff. tit. ult. th. 25. adde causas voluntariæ jurisdictionis, & quæ extra ordinem expediuntur, ex Rosbachi process. judic. tit. 50. n. 8. aliosq; casus, quos vide apud allegatos ab Umm. d. disp. 12. n. 46.*

V. Forma

Forma juramenti calumniæ generalis his tribus complectitur; tempore, loco & modo. Tempus quod attinet, juramentum hoc in primordio litis, i. e. statim post litem contestatam præstandum est. (a) Locus est judicis tribunal. (b) Modus est vel alijs juramenti communis, (c) vel huic juramento proprius. (d)

(a) *l. 2. in pr. C. h. t. Nov. 49. c. ult. §. 1. c. cum caussa. 6. ext. de juram. cal. Scaccia lib. 2. de judic. c. 1. q. 1. per totam. Gail. 1. obs. 85. n. 1. Setser lib. 3. de juram. c. 6. n. 1. & seqq. Umm. d. disp. 12. n. 27. & 47. aliquando tamen & ante litis contestationem præstatum; e. g. quando reus est contumax, & propter ipsius contumaciam missio in possessionem fieri debet; arg. c. 3. & 5. ext. ut. lit. non contest. Scaccia d. loc. n. 17. Ampliff. Dn. D. Ludw. d. Synops. process. mscr. c. 28. vers. forma hujus juramenti & c.*

(b) i. e. ubi iudex judicare consuevit; arg. *l. 2. pr. ibi; evangelis ante judicem positis. C. h. t. intellige regulariter: excipiuntur enim quidam propter dignitatem; d. l. 2. §. 1. l. ad personas. 15. ff. de jurejur. Speckhan Q. 1. cent. 2. class. 4. q. 23. Sexum; d. l. 2. §. 1. Nov. 124. c. 1. vers. si verò mulier: vid. patr. m. magn. d. tract. de jur. cal. c. 9. n. 23. valetudinem & senectutem; d. l. ad personas. 15. auth. principalis. §. sed si 2. C. h. t. absentia etiam facit, quò minus ipsi principales, in eo iudicio, in quo lis mota versatur, juramentum calumniæ præstent; d. l. 2. §. sin autem. 3. §. hoc etiam. 5. & ult. C. d. t. Umm. d. disp. 12. n. 49. hodiè sufficit, per procuratores speciale ad id habentes mandatum jurare de calumnia. c. ult. de jur. cal. in 6. Camill. Borrell. 1. decis. tit. 51. n. 16. Reform. Kath's Ordn. der Statt Straßburg/rubr. vom Ende für gefährde / §. 5. fol. 27.*

(c) Qui consistit in eo, ut litigator juret, tactis SS. Evangelis; d.

B

liis; d.

luis; d. l. 2. pr. C. d. t. e. ult. ext. h. 2. ubi non multum refert, utrum Ev-
angelio, an veteri testamento tacto juret; arg. l. 1. §. 1. C. h. t. Patr.
m. magn. d. tract. 6. 10. n. 17. Hodie in plerisq; locis erectis dextræ ma-
nus duobus digitis, indice & medio, ut alia, ita & hoc juramentum
præstari solet; in quibusdam tamen Germaniæ judiciis vetus ad-
huc jurandi mos obtinet; vid. d. 6. 10. n. 18.

(d) Qui est formula jurandi de calumnia; quæ quinque ca-
pitibus absolvitur. 1. jurare debent litigantes, quod credant, se bo-
nam causam habere; Daß sie glauben / auch anderst nicht wissen oder
verstehen / dann daß sie eine rechte Sach haben / d. l. 2. in pr. C. h. t. §. 1.
vers. raus Inst. de pœn. tem. lit. Nov. 49. c. ult. 2. Quod differendæ litis
caussa nolint ullam non necessariam dilationem petere: Daß sie kei-
nen ohn nothdürfftigen / gefährlichen Schub / die Sach damit auffzuhal-
ten / suchen noch begehren wollen. arg. l. 1. C. h. t. 3. Quod interroga-
ti in jure veritatem fateri velint; Daß / so oft sie in Rechten gefrage
werden / die Wahrheit auffrichtiglich sagen vnd nicht verhalten wollen.
gl. in c. 2. de juram. cal. in 6. 4. Quod nullâ probatione vel allegatio-
ne falsâ uti velint; Daß sie sich in der Sach keiner falschen Zeugnuß
oder Beweisung gebrauchen wollen. d. Nov. 49. c. ult. 5. Quod nihil
penitus patrociniî causâ judicibus vel aliî cuicunq; personæ, nisi
cui per leges licet, pro hac causâ datum promissum ve sit, nihil
quoq; datum promissum ve iri, Daß sie niemands andern / dann dem
jenigen so das Recht zulasset / dieser Sachen halber nichts gegeben oder
verheissen haben / auch fürhin nichts verheissen oder geben wollen / damit
sie die Brühel erhalten mögen. Auth. principalis in pr. C. h. t. vid. part. 1.
Ord. Cam. tit. 65. Reformirte RathsOrdn. der Statt Straßburg.
d. rubr. Von dem Ende für gefahrde. fol. 27. Camill. Borrell. 2. decis. tit.
91. n. 7. Harpr. ad §. 2. Inst. de pœn. tem. lit. n. 5. Schultes obs. for. 55. n. 42.
Hac quinq; requisita Iustus Vultejus, notante ejus filio Hermanno Vultejo
lib. 2. l. R. c. 31. n. 59. sequenti tetrasticho rotundè expressit;

Juro, meam litem mihi fultam jure videri:

Nec celaturum, si qua rogatus ero:

Nec promissurum; neq; causâ falsâ levandâ

Dicere; nec litem ducere velle meam.

*Adde vulgatos versus, quas gl. ad c. 2. verb. calumn. juramentum. c. 1.
de jur. cal. refert.*

V. Finis

Finis juramenti hujus est vel ultimus & principalis, vel intermedius seu subordinatus. Finis ultimus est falus atque utilitas publica. (a) Intermedius non unius generis est. (b)

(a) *d. l. 2. §. sed quia veremur. 4. ibi; pro communi utilitate presentem legem posuimus. C. b. t. Coll. Argent. lib. 3. ff. tit. ult. th. 31. Camill. Borell. 1. decis. tit. 51. n. 2.*

(b) Ut Sacramentitimore contentiosa litigantium instantia compescatur, *l. 1. in fin. pr. C. b. t. ut & lites & calumniatores minuantur, d. l. 2. §. sic enim. 8. ut hoc juramentum sit maximum dirimendarum causarum remedium, d. §. sic enim. 8. & litium compendium, d. l. 2. §. ult. summam, ut calumniosæ lites omittantur, partes probationibus exonerentur, veritas causæ manifestetur, Wesenb. in π. C. b. t. n. 19. Umm. d. disp. 12. th. 11. n. 50.*

VI.

Effectus juramenti calumniæ generalis est vel præstiti, vel non præstiti seu recusati. Præstiti, vel rectè, (a) vel falsò (b) præstiti. Non præstiti effectus alius est ex parte actoris, (c) alius ex parte rei, (d) alius deniq; ex parte procuratorum. (e)

(a) Qui est, ut deinceps calumniæ suspicionem cessare faciat, seu, ut quis deinceps à præsumpta calumnia excusetur; *Marant. de jur. cal. n. 12. Wesenb. in π. C. b. t. n. 11. Umm. d. disp. 12. th. 11. n. 51. Ad-* dunt communiter Dd. excusationem, five relevationem à refusione expensarum: *vid. Alexandr. in l. ait prator. 3. pr. n. 6. ff. de jurejur. Bart. ad l. 1. ff. ad S. C. Turpill. Sed minus rectè, gl. in c. finem litibus §.*

C s

ext.

ext. de dolo & contumac. Salicet. in l. qui crimen. 3. in fin. C. qui accus. n. post. Patr. m. magn. d. tract. c. 12. n. 12. & seqq. Setser lib. 3. de juramentis 6. 8. n. 21. Vmm. d. disp. 12. n. ult. conf. l. eum, quem. 79. in pr. ff. de judic.

(b) Cujus effectus est, ut expresse committens calumniam, seu falso jurans afficiatur pœnis à legibus constitutis; jure Civil. Justiniano, pœnâ fustigationis, l. fustibus. 16. C. ex. quibus caus. infam. irrog. infamiae, l. si quis major. 41. C. de transaction. jure novissimo, duorum digitorum, quibus erectis juratum est, amputationis; Peinl. Halsg. Ordn. Caroli V. art. 107, 108. & 299. Wesenb. in w. C. d. t. n. 11. in med. conf. Herman Böehausen/part. 1. Pericul. Acad. 7. q. 54. in med. quanquam hodie plerisq; in locis, aut nulla, aut saltem pœna aliqua pecuniaria in usu sit, Patr. m. magn. d. tr. c. 12. n. 10.

(c) Qui recusans jurare ab instituta actione cadit; Auth. principales. §. si quis autem. 5. C. h. t. d. l. 2. §. quod si actor. 6. C. eod. c. ult. §. fin. ext. de juram. cal. Wesenb. in π. C. h. t. n. 11. in pr. Camill. Borell. 1. decis. tit. 51. n. 29.

(d) Qui in his capitulis, quæ narratione comprehensa sunt, pro confesso habetur, & condemnationem sustinere debet; d. Auth. principales. §. si quis. 5. d. l. 2. §. si autem reus. 7. C. h. t. d. c. ult. 5. fin. ext. h. t. Wesenb. d. loc. Pœna tamen non jurantis, (si nimirum contumax ante sententiam decesserit) ad hæredes non transit; arg. l. ejus qui in pr. ubi Bart. n. 1. ff. de jur. fisc. Bocer. Cl. 6. disp. 18. n. 16. lit. C. Gail. 1. obs. 86. n. 6. Setser. lib. 3. de juram. c. 8. n. 6. & seqq. nec ipso jure committitur; sed declaratoriâ judicis sententiâ ad eam opus est, d. Auth. principales §. si quis. 5. d. l. 2. §. 6. & 7. C. h. t. Gail. d. loc. n. 1. Scaccia lib. 2. de judic. c. 1. q. 8. n. 85. & q. 11. per tot. Setser d. loc. n. 3. Consultiss. Dn. D. Luaw. d. Synops. c. 28. n. ult.

(e) Quibus jurare nolentibus audientiam tantum denegandam esse, & eorum contumaciam dominis ultra non nocere, æquus putatur; arg. l. 1. §. si procurator. 2. ff. si quis jus dicent. non obtemp. Gail. 1. obs. 89. n. 2. & seqq. Treutl. 1. disp. 21. th. 4. lit. d. Coll. Arg. lib. 3. ff. tit. ult. th. 32. in fin. Scaccia d. lib. 2. c. 1. q. ult. n. 277. In Camera Imperiali contumacia procuratoris pœna pecuniaria mulctari solet; Gail. d. loc. n. 4. Setser. 3. de juram. c. 3. n. 92. Vmm. d. disp. 12. n. 39.

VII.

Affinia hujus juramenti sunt, juramen-

1411

tum malitiæ, (a) veritatis, (b) dandorum, (c) respondendorum, (d) item cautio de decima parte litis. (e) Contraria sunt remissio litigantium, (f) & contraria consuetudo. (g)

(a) Quod Jure Canon. demum (ut & sequentia tria juramenta) introductum, & in omnibus litis partibus, etiam post præstitum juramentum calumniæ generale, judex, quodcumq; opus videbitur, exigere potest, *c. 2. in fin. de jur. cal. in 6. Wesenb. in w. C. b. t. n. 22. Rosbach. process. jud. tit. 50. n. 18. Patr. m. magn. d. tract. c. 2. n. 6. Tr. 1. disp. 21. th. 4. lit. g. formulam ejus vide apud Setser lib. 3. de jur. c. 6. n. 9.*

(b) Quod à testibus, ac nonnunquam etiam à partibus, si id res exigat, de veritate dicenda præstari solet; *c. 1. in pr. & §. ult. c. 2. de juram. cal. in 6. c. dudum ecclesia 54. ubi gl. verb. de veritate ext. de election. Wesenb. d. loc. vid. omnino Rittershus. lib. 5. de differ. jur. civ. & can. c. 18.*

(c) Quo pars articulos datos affirmat esse veritati consentaneos; Daß die eingebrachte Articul / soviel sie sein engene geschicht beereffen / waar seyn; soviel sie aber andere That beereffen / daß er glaube / dieselbe waar vnd beweislich seyn / ohn alle gefährde: *c. presentium. 2. de testib. in 6. Coll. Arg. d. lib. 3. ff. tit. ult. th. ult. n. 2. Ampl. Dn. D. Ludw. d. Synops. proc. mscr. c. 17. vers. accidentalis est, quod post lit. cont. & c. Gail. 1. obs. 79. n. ult. Ord. Cam. p. 1. tit. 69 & 70.*

(d) Quo responsurus ad positiones affirmat, se veritatem sine fraude enunciaturum; Daß Respondens auff Gegentheils eingebrachte vnd zugelassene Positiones die Waarheit antworten wolle / ob er sie waar glaube oder nicht / ohn alle gefährde; *d. c. 2. de testib. in 6. Coll. Arg. d. loc. n. ult. Dn. D. Ludw. d. loc. vers. accidentalis est, quod mediante & c. Wesenb. d. n. 22. Gail. d. loc. in fin. & obs. 82. Ord. Cam. part. 2. tit. 71, 72 & 73.*

(e) i. e. quantitatis in libello contentæ, quam actor, si injustè litem movisse fuerit convictus, sumptuum & expensarum nomine reo præstare tenetur; *Nov. 113. c. ad excludendas. 2. Gothofr. ad d. Nov. sonfer. §. 1. in fin. Inst. de pœn. tem. litig. Wesenb. in w. C. b. t. n. 12.*

(f) Jure Civ. tam tacita, quam expressa; *d. l. 2. §. sed quia ve-*

remur. 4. C. h. t. Weseub. in π. C. eod. n. 5. in med. Jure Canon. expres-
sa tantum, quo juramentum hoc à partibus citra nullitatis vitium
omitti posse constat ex c. 1. §. 1. de juram. cal. in 6. Secus est, si ex-
pressè illud à partibus exactum fuerit; tum enim pars substantialis
judicii esse putatur, proptereaq; non præstitum vitiat processum:
Scaccia lib. 2. de judic. c. 1. q. 2. Speckhan Q. 1. cent. 2. cl. 4. q. 19 & 27.
Umm. d. disp. 12. n. 40. vid. sup. th. 2. lit. b. quod tamen hodie in
Camera Imper. aliter observatur; Gail. 1. obs. 83. n. 3. Setser. lib. 3. de
juram. c. 8. n. 15.

(g) *c. ceterum. 5. ext. de juram. cal. c. constitutus. 3. ext. de fide-*
jussoribus. gl. in c. 1. §. propter. verb. tacitè de juram. cal. in 6. hoc enim
juramentum, cum juris publici, favoreq; publico introductum fit;
d. l. 2. §. sed quia veremur. 4. C. h. t. consuetudine tolli vel remitti non
potest; dd. ll. Setser lib. 3. de juram. c. 1. n. 18. hodie tamen invaluit, ut
consuetudo remittens calumniæ juramentum communiter appro-
betur atq; recepta sit; nominatim moribus Saxonis; vid. post We-
senb. in τ. C. h. t. n. 5. Treutl. 1. disp. 21. th. 3. lit. c. Georg Schulz in Sy-
nops. Inst. de pœn. tem. litig. lit. a. nec sine ratione, cum multa perjurâ
hoc modo evitentur: confer l. 2. C. de indict. vid. toll. & c. clericos. 3.
ext. de cohabit. cler. & mul. vide Scacciam. lib. 2. de judic. c. 1. q. 16. n.
124. & seqq. Schultes obs. 55. n. 33. Patr. m. magn. d. tract. c. 11. n. 22.
Setser lib. 3. de juram. c. 1. n. 18. & seqq. Bachov. ad Treutl. 1. disp. 21. th. 3.
lit. c. in fin.

D. S. G.

Præstantissimo ac Doctissimo
DN. OBRECHTO, J. U. CAND.

Amico Honorando.

Justiniani pulsa laboribus
Calumniantum fugit iniquitas
Paulisper, & foro relicto,
In tenebris lucibunda sedit:

Adhuc

Adhuc recenti dum reverentia
Leges valebant; dum pudor, & metus,
Furisq; jurandi tremenda
Religio populos regebat.
At juris inter triste silentium,
Quum præliorum continuus furor
Immanitate barbarorum
Ad tonitum treme fecit orbem;
Laxata vinclis tetra Calumnia,
Subinde vires atq; licentiam
Resumpsit, usq; dum forense
Sola habuit tribuitq; regnum.
Exinde magnis ordine Regibus
Congressa, victrix sæpius, interim
Et victa, sed possessionem
Aut tenuit facile, aut recepit.
Donec perenni debita gloria
Germanicorum natio Principum
Dejecit hanc pestem, duq;
Justitiæ pedibus subegit.
At nunc vicissim damno animosior,
Nec fracta, verum percita cladibus,

Adest

*Adest rebellis, instat, urget,
Atq; locum veterem retentat.
Hæc gignit, inter cætera tristia,
Interq; clades innumerabiles,
Væ sana bellandi libido,
Fasque gemens trucibus sub armis!
Hoc ergo tantum, tam vetus, & ferox,
Tam sæpe victum, nec domitum tamen,
Sed acrius subinde, Monstrum
Herculeo petit unus ausu
OBRECHTUS, olim Justitiæ sacrum
Nomen, nec unis laudibus inclutum.
Favete, quotquot inter estis
Nobili & egregio duello!
Et nos quod unum possumus, adsumus
Favore, votis, carmine, plausibus
OBRECHTE, victoremq; nobis
Tendimus & volumus reverti!*

Optimi ominis Causa

Fac.

J. FREINSHEMIUS.

FINIS.